

# Acta correctoris cleri civitatis et diocesis Pragensis 1407-1410

Pomozte nedoslýchavému korektorovi kléru Herešovi s výslechem Jindřicha, plebána v Crhovicích a Vřeskovicích.

Příklad: Pan Hereš, korektor kléru, se ptá Jindřicha, zda má nějakou konkubínu.

*Hersso: Habesne aliquam concubinam?*

*Heinricus: Nullam concubinam habeo.*

*Hersso: Quid dicit? Eum audire non possum.*

*Studens linguae latinae: Respondit se concubinam non habere.*



**168**

**Dominus Henricus, olim plebanus in Czrhowicz, nunc vero in Wrzesskowicz**

Die suprascripta hora et loco ut supra dominus Hersso, corrector cleri diocesis Pragensis, sedens pro tribunali obiecit domino plebano suprascripto, citato et in sui presencia constituto, an habeat aliquam concubinam. Respondit per iuramentum ad sancta Dei ewangelia manutacta prestitum, quod non. Interrogatus, utrum habuit aliquam. Respondit, quod habuit, | sed cum fuerit citatus ad presenciam dicti H[er]ssonis] correctoris, tunc ex mandato alienavit ipsam a se ex nomine Stankam. Interrogatus, utrum procreavit ex ea aliquos pueros. Respondit, quod sic. Interrogatus, quo tempore sentencialiter citatus. Respondit, quod unus annus transactus est in Ostensione reliquiarum [27. IV]. Interrogatus, quando alienavit ipsam a se. Respondit, quod unus<sup>a</sup> annus, sed liberatus est ipsam a X annis<sup>b</sup>. Interrogatus, utrum de proximo recepit unam virginem de Czrhowicz ex nomine Kaczam ad dotem suam in Wrzesscowicz. Respondit, quod sic et quod pater adduxit ipsam ante carnisprivium [25.-28. II] de anno presenti, videlicet MCCCCVIII°. Interrogatus, utrum cognovisset ipsam carnaliter. Respondit, quod non, sed esset pregnas, sed nescit, per quem. Interrogatus, ex qua causa recepisset ipsam in dotem. Respondit, quod causa laboris tamquam mercimonariam.<sup>c</sup> Interrogatus, utrum committent ludos taxillorum vel glovorum. Respondit, quod non. Interrogatus, utrum exigit aliquam peccuniam<sup>d</sup> pro confessionibus vel aliis iuribus ecclesie exaccionas [ab] homines [!]. Respondit, quod non.

Ibidem dominus mandavit ipsam a se et dote sua alienare infra terminum Pentechostes [3. VI.] sub pena carcerum, presentibus Georgio, professo monasterii Opatovicensis, et domino Luca, plebano in Slatina, Ottepka et Jacobo, custodibus carcerum.